



HISPANIA

AMERICA

SYMBIUM OCEANUS

TRIS ET MARGINE COELI

*Terra sub Augusto, sub mihi est Principe Pontus,
Quis neget Imperium cuncta subire situm.*

D. PHILIPPO. IV.

HISPANIARVM, ET IN-
diarum. Regi. Opt. Max.

D. D. JOANNES DE SOLORZANO

*Pereira ex Equestri Militia Divi Iacobi
et in supremis Castellæ, et Indiarum,
Consilij. Senator.*

DISPUTATIONEM
DE INDIARVM IVRE
TOMVS PRIMVS SIVE
De iusta Indiarum Occidentalium acqui-
sitione acquisitione et retentione

TRIBVS LIBRIS COMPREHENSAM,
per Byssontinam An. et non hinc Langue
a Somanos **D. E. C.**

Cum Privilegio in Typographia Domini, Garcia Morra,
Matriti 1613

FIDES

REGIO



CENSURA ADMODUM PATRIS PHILIPPI FER-
nandez de Meca Societatis IESV Presbyteri & generalis
Procuratoris.

EX commissione D. D. Ioannis Velasco Azevedo Vicarij generalis Matriten-
sis Curie, vidi librum hunc eruditissimi utriusque Iuris, & Orbis utriusque
Doctoris D. Ioannis de Solorzano Pereira, Regij olim Peruvani Regni Lima-
ni Conventus Senatoris, nunc in Regalis Parrimonij Senatu causarum Fidei
et meritissimi Patroni, de INDIARVM IVRE, sive de INDIARVM OCCIDEN-
TALIVM INQUISITIONE, ACQUISITIONE, ET RETENTIONE. In
quo nihil Catholicae Fidei, aut bonis moribus adversum inveni: imò omnia eximia
pietate, & Orthodoxae fidei zelo, ac pro dignitate, & auctoritate Regum Hispaniae,
& totius Hispaniae gentis conscripta: varia, & multiformi eruditione condita, rerum
varietate, dicendi proprietate, copiâ & elegantia perpolita, argumenti novitate &
utilitate à quibusque bonae doctae ingenijs expetenda. Ideoque merito liber ille ex-
cendi permittetur, futurumque censeo maximè è re litteraria si excudatur. In Collec-
tione Imperiali Societatis IESV Matritensi 28. Martij anno 1628.

Philippus Fernandez de Meca.

NOS el Licenciado don Juan de Velasco i Azevedo Vicario general desta vi-
lla de Madrid i su partido, damos licencia por lo que á Nos toca, para que se
pueda imprimir è imprimir este libro, atento que por nuestro mandado se ha
visto i examinado, i no consta aver en èl cosa contra nuestra santa Fè, i bue-
nas costumbres. En Madrid à 30. de Março de 1628. años.

Licent. Velasco i Azevedo.

Por su mandado.

Juan Perogila Notario.

ALIA ADPROBATIO, SIVE CENSURA DOM. D. RODERICI

ab Aguiar, & Acuña, ex commissione Regij ac Supremi Indiarum

Senatus, cuius ipse meritissimus Decanus

existit.

PERLEGI librum, cum istae oblatum Auctoris epistola, de INDIARVM IV-
RE inscriptum; elaboratum planè opus minor, nulli iugà eruditione refertum,
nostris haud minus indigenis gloriosè perutile, quàm extris lucundè mirabi-
le, & invidiosum. Pulchra in eo miscellanea rerum, & pervenusta ratio styli:
nobilis, & selectus ordo dicendi, & qui tantum Virum (omnium ex consensu) redo-
leat. Quid mirum Genitori similem cum & Patres Latinos, & Consultos mirè sa-
piat. Senatus ideo noster typi mandari permittat, & alterum eisdem instituti vo-
lumen, quod in huius calce emissurum Auctor promittit, absolvendum hortetur, ut
potè quod foro ac praxi pluris conferat, & municipalia regiminis nostri iura conti-
neat. Ea censui, Martij 9. Februarij anno 1628.

Licentiat. don Rodericus

ab Aguiar & Acuña.

D. PHILIPPO IV.

HISPANIARVM, ET INDIARVM
REGI OPT. MAX. IDEST, OMNIUM FERRE
NASCENTIS, OBEVNTISQUE SOLIS
REGIONVM IMPERATORI SEMPER AVGVSTO,
PIO, FOELICI, ET BONO REIPVBL. NATO, D. IOANNES
DE SOLOZANO PEREIRA, EIVS IN REGIO
LIMANO CONVENTV PERVANI REGNI
NOVI ORBIS SENATOR

 **D**ivini Parentis tui, Pij pariter ac Desiderati, honestissimis codicillis (REX omnium, quos Sol usquam adspexit, AVGVSTISSIME & POTENTISSIME) ex Primarijs Salmanticensis Scholæ Casarej Iuris Antecessoribus ad Regium hoc, & egregium Pervani Regni Novi Orbis Prætorium, nihil tale ambiens, aut cogitans, fuerim delegatus, vel, ut alij forte dixerint, relegatus, nihil prius, aut anti- quiprobavi, quam oblatam mihi Provinciam hilariterque alacri mente capessere, & omni studio curare, ut me non solum tanti muneris, verum tanti quoque Electoris dignum administrum ostenderem. Nam si æquabilis (ut cum Cassiodoro loquitur) prædicandus est, quem iustus elegerit, si continentia præditus, quem moderatus adscivit, omnium profecto capax debet esse meritorum, qui iudicem cunctarum meruit habere virtutum. Spartam igitur, quam nactus eram, ornare desiderans, multis primùm Vigilijs indagare, & cognoscere ceepi, situm, provincias, & terminos huius vastissimi & ditissimi Imperij, quod Catholicis Hispaniæ Regibus in Fidei, Pietatis & Religionis præmium Divinitus datum, vulgò ementio, & suffragato vocabulo Americam nuncupant, alij tralatitio Indias Occidentales, & alij verius, & proprius Orbem Novum appellant, cum sola hæc globi terreæ pars, tres alias, antiquis cognitæ, magnitudine superet, efficitque ut MAESTATIS tuæ opes, atque fastigia, margine cœli claudantur, & cœli sem, quibus terrarum Orbis, sinibus terminetur. Deinde vero peculiare leges, schedulas, atque ordinationes inquirens, que

IOANNIS DE SOLORZANO PEREIRA

DE INDIARVM IVRE,

SIVE

De iusta Indiarum Occidentalium inquisitione,
acquisitione & retentione.

LIBER PRIMVS.

In quo, quæ ad inquisitionem pertinent, specialiter
pertractantur.

SVMMARIVM CAPITIS PRIMI.

- | | |
|---|--|
| <p>1 Operis huius institutum proponitur.</p> <p>2 Prefationes inutiliter, & verbosè conuentionarios facere solum est.</p> <p>3 Verbis qui abundant, in verum substantia deficiunt.</p> <p>4 Brevis est, qui non dicit plus quàm oportet, & intractatio desiderat.</p> <p>5 Perfectum est, quod ex omnibus suis partibus constat.</p> <p>6 Prefationum utilium necessitas, & laudatio.</p> <p>Lex. 1. D. de orig. iur. exornatur, ibidem.</p> <p>7 Principium dimidium totius.</p> <p>8 Adagium, quo illocis manibus, aut pedibus aliqui dargere vetantur, quid significet, & unde sumatur.</p> <p>9 Mundus à Deo ex nihilo, sed pulcherrimus conditus.</p> <p>10 Mundi appellatio generaliter sumpta, quid contineat?</p> <p>11 Mundus an dicatur à modo vendendo, vel à munditie?</p> <p>12 Mundus Græcè dicitur Κόσμος, quod significat ornamentum.</p> <p>13 Cosmeta ancilla quæ & cur dicitur?</p> <p>14 Mundus muliebri quid significet?</p> <p>15 Mundi climata, sive plaga quæ, & quot?</p> <p>16 Ventri præcipui, & Cardinales dicti, qui sint.</p> | <p>17 Oriens & Occidens quid?</p> <p>18 Septentrionalis mundi plaga, quæ & cur dicitur?</p> <p>19 Meridies, sive Meridionalis mundi plaga, quæ & cur ita dicitur?</p> <p>20 Antarcticus polus solet vocari Meridionalis & Australis, & cur?</p> <p>21 Septentrionalis pars cur etiam Aquilonaris dicatur?</p> <p>22 Ventorum plurium nomina, sicut & differentie remissive.</p> <p>23 Mundi nomen contractum ad inferiora elementa, diuiditur communiter in tres partes, Europam nempe Asiam, & Africam.</p> <p>24 Orbis partes antiqui quæ ratione diuiserunt.</p> <p>25 Asia sola dimidium Orbis olim cognita continebat.</p> <p>26 Orbis partium nomina unde & situs, provincia, historia mores, & excellentia, venistint.</p> <p>27 India iacet in Asia & in sacris Litteris dicitur Euiath, & cur?</p> <p>28 India dicitur regio Orientalis Asia ab Indo flumine quod eam aluit, vel ab Indo at nepote Noë.</p> <p>29 Indi fluminis magnitudo, & an & quatenus Gangem, & Nilum excedat?</p> <p>30 Indus fluvius quot aliorum in se recipiat, & quot ostijs Oceanum ingrediatur?</p> |
|---|--|

gos & verbosos commentarios facere, aut tempus in praetudis, vel parergis committere; & in ipso opere postea succingi, quod illud esse docemur lib. 2. Machab. c. 2. vers. ultia. & optimè post Senarum exortum Martini Destr. in adagial. fueris, 1. to. adag. 1033. pag. 607. Vvef. fembechtus cõf. 37. n. 12. & Lull. Lipsi. in ltr. epist. c. 7. ubi ait: *Ve corpora tenues* *ve se dilate sic qui ingenij aut sapientie* *inopes diffidit se in verbis cui simile est il-* *lus pro. 14. Vbi verba sunt plurima ibi fre-* *quenter egredas.* Sed quia iuxta consilium Quintil. lib. 4. instituit. Orat. c. 2. *Nos bre-* *visi in eo sumus, non ut minus, sed ne plus* *dicatur qua oportet, Plinius; iuniore securi-* *lib. 1. epist. 6. Primum scriptoris officium esse* *existimamus, ut titulum suum loquat, & identitè* *interrogat se quid coeperit scribere, sciatq; si* *materia innovatur, non esse longa, longissi-* *ma si aliquid accersit, atq; attrahit.* Et cum illud perfectum sit, quod ex omnibus suis partibus consistat, incõveniens iudicamus, inris Inlanti translatione pronuntiantibus omnis initis, atq; origine non repperitã, prout in materia aggredi. Praesertim ubi hinc praefationes & libentius nos ad lectione proposita materiae perducunt, & curã eõ venerimus, evidentior e eius praefatione intellecta, prout in simili scripsit Caius I. C. in l. 1. D. de orig. iur. & Imp. in l. vnic. vers. *Nulla enim C. de imponen-* *lueris. descript. Quorum dictu ornari po-* *test explicitis, quae de praefationu utili-* *tate, & rebus ex suis primordiis deducen-* *dis & explicandis, tradit Doctores in d. l.* *1. praecipue Zassius, Corraf. Everlin. &* *novissimus Anton. Mornacius Bart. in l.* *1. n. 16. C. de novo Codice facien. idem* *Bartul. & Iaf. per text. ibi in l. 3. §. fin. D.* *de pact. & in l. Titia 133. §. idẽ respondit,* *D. de verb. oblig. Tiraquel. qui plures re-* *fert in tract. de probat. in praefat. nu. 64.* *Mascard. de probat. lib. 1. in proem. nu.* *4. Mieres in tract. de maiorat. in inuio n.* *1. Bobadilla in Politica lib. 1. c. 3. nu. 3.* *Claud. Prat. Gnoscon general. iuris lib.* *3. tit. 1. c. 2. Ferdinand. Mendoca lib. 3.* *disput. de pact. c. 8. Mar. Antõ. Peregrin.* *de fideicom. artic. 16. Fufius in singulari* *107. sub litter. P. & Seraphinus de virtu-* *te iuram. privil. 75. n. 9. Vnde natu ada-* *glu. Principiũ dimidiu totius, quod ex Pla-* *tone, Aristot. Ciceron. Polyb. Horatio,* *Antonio, & alijs deducunt & illustrent* *auctores supra relati. Lucian. in Dialogo* *de Domo, Paul. Fufius in tract. de visit.* *lib. 1. c. 1. h. 2. & Aldus Manutius in ada-*

glis pag. 95. Nec fatuit Casu in d. l. 1. libi. *Eccerte cuiusq; rei potissima pars principium* *est.* Vbi alterius quoq; adagi meminit, *quo illotis manibus, aliquid tractare vera-* *mur, hoc est, ex abrupto, & nullã praefat.* *imparatis adhuc audientiu animis, rẽ qua* *plã, & praesertim gravẽ & scriã aggredi;* *locutione scilicet proverbiali ex Deorũ* *sacris ducta, quã manibus illotis perage-* *re nefas erat, cui similis est alia, illotis pe-* *ditibus, de quibus apud Heliodũ, Agellũ,* *Macrobiũ & Gregor. cognomẽto Theo-* *logũ, quos refert Mamutius, sive Erasimus* *in adagijs pag. mibi 388. & fusẽ explicat* *Maldonad. sup. Matthæi c. 27. n. 24. Ge-* *nebrat. sup. Psal. 25. Gasp. Sãct. sup. Isai* *c. 1. nu. 47. & Ioan. Steph. Durantius de* *ritibus Eccl. lib. 2. c. 28.*

Sciendũ ¶ est igitur. Deũ Optimũ Ma- 9
ximũ Mũduũ univẽrsũ pro immensa bo-
nitate & sapientia sua ex nulla praexistẽ-
te materia cõdidisse, & quidẽ pulchrum,
prout est & ipse pulcherrimus, ut habe-
tur Genes. & Ioan. c. & tradit M. Paul.
11. ad Hebr. & ad Roman. Seneca lib. 1.
qq. natural. ad Lucil. in princ. & lib. 2. c.
45. & eleganter Boetius lib. 3. de con-
sol. Philotoph. metro. 9. dum ait:

O qui perperus mundum ratione gubernas,
Terrarũ, cœliq; Sator qui tempus ab ævo
Tre habes, stabilisq; manens, das cuncta moveri,
Quem non externa pepule sunt fingere causæ
Materiae suis tantis opus: verum infra summi
Forma boni, li dove carens: cu cuncta superno
Ducis ab exẽplo pulchrum, pulcherrimus ipse
Mundum mente gerens, similiq; ab imagi-
ne formans.

Continet ¶ autẽ mundi appellatio, si 10
generaliter sumatur, cœlum, terrã, mare,
& quae in eis opera Dei sunt, coelestes, ac
terrenas creaturas, sive naturas, ut post
Arist. lib. 1. de cœlo & mundo, & Cleo-
medẽ in lib. de Orbium cœlest. contẽpl.
docet Origen. lib. 2. Periarchon. c. 9. D.
Aug. tract. 2. in Ioã. Possido. in methor.
Hygin. de Astron. c. 1. Cœlius Rhodi-
gin. lib. 1. antiq. lectio. c. 4. Chaffan. in
Catal. glor. mundi part. 12. consider. 10.
Iustus Lipsius omnino legendus in Phy-
siolog. Stoic. lib. 2. dist. 6. & 7. & ele-
ganter Festus Pompeius de verb. signifi-
cat. verb. *Mundus* D. Isidor. lib. 3. Ety-
mol. c. 39. & lib. 13. cap. 1. *Qui* ¶ duo à 11
movendo dictũ putãt, quod in tempore
no motu consistat, licet verius M. Vatro.
& Plin. lib. 2. de natur. histor. c. 2. & 4. à
perfecta, absolutaq; elegãtia vocatum di-
cant: quod nihil eo mundus, pulcherris,

IOANNIS DE

SOLORZANO PEREIRA

DE INDIARVM IVRE,

SIVE

De iusta Indiarum Occidentalium inquisitione,
acquisitione & retentione

LIBER SECVNDVS,

In quo de acquisitionis titulis singulari studio, &
diligentia differitur.

SVMMARIVM CAPITIS PRIMI.

1. Auctor cur in primo libro Historicum, & Cosmographum egerit?
2. Scriptores librorum omnibus disciplinis uti debent
3. Apertissimi debent, qui libros legunt, & scribunt.
4. Auctoris tractatio in hoc libro secundo circa quid versari debeat, & qualiter inspicuenda. Et num. 50
5. Indiarum Occidentalium acquisitionis disputatio multis difficilis visa est.
6. Gloria maior ex arduis, & difficilibus comparatur.
7. Labor maior impendi debet, ubi maior utilitas speratur.
8. Regum Hispaniae dignitas, & maiestas, ob Indiarum acquisitionem, temere ab aliquibus calumniatur.
9. Subditi debent famam, & honorem dominorum sicut vitam tueri.
10. Vassalli qualiter iurent defendere vitam & honorem Domini.
11. Auctor nunquam intendit aliorum scriptorum dicta suppressere aut pro suis vendicare.
12. Scriptorum priorum laus posterioribus quoque iuste aliquando debetur.
13. Librum suum quis illum appellare potest in quo aliorum dicta bene, & distincte congesti, et si de suo nihil adiciat.
14. Accursus in Iuris glossis panca de suo habet

15. Specularor fatetur, se ex aliorum Velleribus telam suam trairi.
16. Graeci Philosophi, & Poetae, plurima ab alijs dicta pro suis vendicant.
17. Macrobius, etiam locus expenditur.
18. Eubianus qualiter eos laudet, qui alienis scriptis commode uti sciunt.
19. Auctores recensentur, qui generaliter tractant de dominio Infidelium, & an ab illis auferri possit?
20. Antiarum operosa nomenclatura proponitur, qui de iustitia acquisitionis Novi Orbis ex professo, vel perfunctorie tractant. Et numero 39.
21. Ioannes Lupus de Palacios Rubios omnium primus de iure acquisitionis Indiarum disputare coepit. Chiapensis Episcopus laudatur, & plurima de eius vita, & virtutibus, & auctoribus, qui de eis agunt, ibid. Eccl. 27.
22. Bartholomaeus de las Casas in saeculo miles, & postea Ordinem Praedicatorum professus, & Episcopus creatus, pro Indorum libertate, & utilitate anxie laboravit. Et num. 26.
23. Episcopus Chiapensis, quos libros, seu tractatus de Indorum materia ediderit? Et num. 25.
24. Episcopi Chiapensis tractatus de iure Indiarum, & praecipue confessionarium, cum colligi iussi fuerunt?
25. Ioannis Ginesij a Sepulveda vita, &

Circa quod p̄tra ex Graecis Poetis
 congegit Stropaeus sermō. 8. 92 & 95.
 P. Iustus Gallardus de insit̄ histor. c. 1.
 & idem Maniū Deitio ubi sup. Et Nos
 multa etiam congesimus sup lib. 2. cap.
 13. num. 51. & sequent. non solum ꝑ de
 18 privatorum hominum, verum etiam de
 magnorum Regnorum punitione, suber
 22 lione, vel translatione ob similia pecca
 ta, & iniustitias, quae cum Indis commu
 niter in his regionibus frequentantur. In
 quarum mutationum exemplis referen
 dis, inultus est Salvanus in libris de pro
 39 videtia Dei, ubi lib. 7. de ꝑ vitijs Hispa
 norum agit, ob quae Vandalorum cladē
 meruerunt: & est videndus Rodericus
 Archiep̄ Toleranus lib. 3. cap. 16. ubi de
 Arabum invasione pertractas, sic inquit:
*Tanta vigitur temporibus facinorum alludio
 inandavit, ut ferē Gothorum s̄venitas, quae
 consueverat Regnis, & gentibus imperare,
 in vitiorum altitudine iam submersa, omni
 bus abominationibus subiaceret Et quoniam
 humani generis inimicus, humano generi no
 desinit invidere, seminavit in potestate super
 biam, in religione accidiam, in pace discor
 diam, in abundantia luxuriam, in solertia ig
 naviam, adeo, ut sicut populus, sic & Sacer
 dos, sicut imp̄, sic & Princeps. Alludione
 ergo voluptatum in tota Hispania inundate.
 Vitia Pyncipe maiestatis oculos provo
 cante, repletae est terra iniquitate. Omnis qui
 p̄pe caro corruerat viam suam, & qui opti
 mus quasi palmaris, & qui rectus quasi spina*

de sepe: & Polybius lib. 1. histor. ubi que
 rens, quare Hispania amissa fuerint a
 Carthaginensibus, inquit: ꝑ *Adverō illud* 40
*clarum, testaturque exemplis est, quod homi
 nes adsequantur felicitatem benignitate in
 aliis, & bona de se opinione, quam cum ade
 ti, quae voluerant ad invidias, & impotentia
 in imperijs delabuntur. sic meritisimie, ut nna
 com imperantium mutatione, ipsi subditi se,
 & affectus mutant.*

Neque omni debent plura alia quae
 de eisdem supplicijs & mutationibus, so
 litā elegantia scripsit Iust. Lipsius lib. 1.
 de constantia cap. 16. & lib. 2. cap. 13. cū
 seqq. ubi cap. 22. graviter plorat ingen
 tes Indorum vastationes in vasto hoc &
 attrito altero Orbe, primis illis tempo
 ribus factas: *Quem vidisse* (inquit) *magnū*
si, non dicam dicisse: de quarum reatione
& excusatione egimus etiā sup. lib. hoc libro
cap. 6. num. 20 & seqq.

SED ꝑ Deus hoc a nobis onem aver
 tat, & Hispanorum pariter ac Indorum
 causam, & sortem miseris, utramque
 Republicam iuret, & societ. atque a
 peccatis, iniurijs, & scandalis liberat, in
 sua sancta Fide, & Religione conservet,
 ut secundum D. Paulum Ephes. 4. in Ec
 clesia Catholica sint unum corpus, &
 unus Spiritus, sicut vocati sunt in
 una spe vocationis suae.

Amen.

(†)

